PHYSIOLOGUS LATINUS

		PAGE
I.	Leo	103
II.	Autolops	104
III.	Piroboli Lapides	104
IV.	Serra Marina	105
V.	Charadrius	105
VI.	Pelicanus	106
VII.	Nycticorax	107
VIII.	Aquila	107
IX.	Phenix	108
X.	Epops	109
XI.	Onager	109
XII.	Uipera	110
XIII.	Serpens	110
XIV.	Formica	112
XV.	Syrena et Onocentaurus	113
XVI.	Herinacius	114
XVII.	Ibis	115
XVIII.	Uulpis	116
XIX.	Arbor Peridexion	116
XX.	Elephas	117
XXI.	Dorchon [Caprea]	119
XXII.	Achatis Lapis	120
XXIII.	[*Ostrea*] Sostoros Lapis et Margarita	120
XXIV.	Adamantinus Lapis	121
XXV.	Onager et Simius	121
XXVI.	[*Indicus*] Senditicos Lapis	122
XXVII.	Herodius id est Fulica	122
XXVIII.	Psycomora	123
XXIX.	Panther	124
XXX.	Cetus id est Aspisceleon	125
XXXI.	Perdix	125
XXXII.	Uultur	126
XXXIII.	Mirmicoleon	127
XXXIV.	Mustela et Aspis	127
XXXV.	Monoceras	128
XXXVI.	Castor	128
XXXVII.	Hyena hoc est Belua	129
XXXVIII.	[Hydrus] Niluus	129
XXXIX.	[*Ichneumon*] Echinemon	130
XL.	Cornicola	130
XLI.	Turtur	131
XLII.	Hyrundo	131
XLIII.	Ceruus	131
XLIV.	Rana	132
XLV.	Saura id est Salamandra	132
XLVI.	Magnis Lapis	133
XLVII.	Adamantinus Lapis	133
XLVIII.	Columbae	133
XLIX.	Saura Eliace hoc est Anguilla Solis	134

SIGLA

Versio *y*—

Y Munich, *Lat. 19417*, fol. 29^{v}–70^{v}, *s.* IX (photostats).
Y^{2} Munich, *Lat. 14388*, fol. 172^{v}–183^{v}, *s.* IX–X (photostats).
Y^{3} Bern, *Lat. 611*, fol. 116^{v}–138^{v}, *s.* VIII–IX (microfilms).

Compendia—

A Brussels, *MS. 10074*, *s.* X *ex.* (Cahier).
D Paris, Bibl. Nat., *Lat. 2780*, *s.* XIII (Cahier).
M Alphabetical fragments, *s.* VIII (Mai, Pitra).

Versiones—

C Bern, *Lat. 318*, *s.* IX (Cahier).
U *MS. Hamilton 390* (*Zeitschr. für rom. Phil.*, 1888).
b Edit. F. Carmody, Paris, 1939 (Bern, *Lat. 233*, etc.).
c *Arabus batavus* (Lat. transl. by Land, Leyden, 1875).
d Armenian transl. (French transl. by Cahier, 1874).
e Ethiopian transl. (German transl. by Hommel, *Rom. Forsch.*, 1890).
l Latin attrib. to Chrysostomus (edit. Heider, 1850):
  L Edit. Heider (three MSS).
  L^{2} Munich, *Lat. 19648*, *s.* XV (photostats).
  L^{3} Munich, *Lat. 23787*, *s.* XV (photostats).
  L^{5} Munich, *Lat. 14216*, *s.* XV (photostats).
s *Syrus leidensis* (Lat. transl. by Land, Leyden, 1875).
Π Mosquensis *Gr. 432*, *s.* XI (edit. Karnejev, Sbordone).
Σ Mosquensis *Gr. 298*, *s.* XIII (edit. Sbordone).
W Vienna, *Theol. Gr. 320*, *s.* XIV (edit. Lauchert, Sbordone).

Editiones—

E *De Bestiis*, Book III, Paris, Bibl. Nat., *Lat. 11207*, *s.* XIII (microfilms; reference to book and chapter).
E^{2} *Ibid.*, Brit. Mus., *Harley 3244*, fol. 36–71, *s.* XIV (photostats).
E^{4} *Ibid.*, Bodl. *Laud. Misc. 247* (edit. James, *The Bestiary*).
F Vincent of Beauvais, *Speculum Naturale*, Nuremberg, 1494.
H *De Bestiis*, Books I–II (Migne, *Pat. Lat.* CLXXVII).

I. INCIPIMUS LOQUI DE LEONE PRIMUM, REGE OMNIUM BESTIARUM

Iacob, benedicens Iudam filium suum, ait: Catulus leonis Iuda [Gen. 49. 9]. [2]Phisiologus dixit, qui sermonum horum scripsit naturas, leo tres naturas habet. Prima natura est: cum ambulat olefaciens in monte, uenit ei odor uenatoris; [3]et de cauda sua cooperit uestigia sua quocumque ierit, [4]ut non sequatur uenator uestigia eius, et inueniat cubile ipsius, et capiat eum. — [5]Sic et saluator noster, spiritalis leo de tribu Iuda, radix Dauid [Apoc. 5. 5], missus a consempiterno patre, [6]cooperuit intellegibilia uestigia sua (hoc est deitatem suam) a Iudeis incredulis: cum angelis angelus, cum archangelis archangelus, cum tronis tronus, cum potestate potestas [Ascens. Esai. (apocr.)]; [7]donec discendens descendisset in uterum uirginis, ut saluaret quod perierat genus humanum: Et uerbum caro factum est, et *habitaret* in nobis [Ioh. 1. 14]. [8]Et hoc, ignorantes eum descendentem atque ascendentem, hi qui sursum sunt, dicunt: [9]Quis est iste rex glorie? et angeli deducentes eum responderunt: Dominus uirtutum ipse est rex gloriae [Ps. 23. 10].

[10]Secunda natura leonis est: cum dormierit, uigilant ei oculi, aperti enim sunt ei; [11]in canticis canticorum testatur sponsus dicens: Ego dormio, cor meum uigilat [Cant. 5. 2]. — [12]Etenim corporaliter dominus meus dormiuit in cruce, deitas uero eius semper in dextera patris uigilat [*cf.* Matt. 26. 64]: [13]Non enim dormit neque dormitat qui custodit Israel [Ps. 120. 4].

[14]Tertia eius natura est: cum leena genuerit catulum suum, generat eum mortuum; et leena custodit eum tribus diebus; [15]donec ueniat pater eius die tertia et, essufflans in faciem eius die tertia, suscitat eum. — [16]Sic omnipotens pater omnium tertia die suscitauit primogenitum omnis creature [*cf.* Col. 1. 15] a mortuis. [17]Bene ergo Iacob dixit: Catulus leonis Iuda, quis suscitauit eum?

Codd.: Y Y^2 Y^3.

Inc.: grecis cognomento quoque crisostimus est dictus os aureum quem de naturis animalium ordinauit *Y* tractatus episcopi ortodoxi de natura animalium Y^3. — *Tit.:* leone rege bistiarum et animalium Y^3; regem Y^2. — 1 etenim iacob Y^3; filiam suam *Y*. — 2 leone tres res naturales Y^3 *et cf. b;* ei] Y^2 *om. Y*. — 3 ierit] Y^{23} gerit *Y*. — 4 sequatur] *Y* & ñ quator Y^2 sequens Y^3. — 5 noster] Y^{23} meus *Y*. — 6 a iud. incred.] *Y* Y^2 *om.* Y^3 — 6/7 cum ang. ... discen-

dens] Y^3 cum YY^2. — 7 utero Y^{23}; uirg.] *add.* marie Y^3; et hab.] Y^{23} ut hab. Y. — 8 ascendentes Y; hii Y. — 9 est rex gloria Y. — 10 leonis] *om.* Y^2. — 14 eius] Y^2 enim Y. — 15 suscitauit Y^2. — 17 qui Y.

II. DE AUTOLOPE

Est animal quod dicitur autolopus, acerrimum nimis, ut nec uenator possit ei appropinquare. [2]Habet autem longa cornua serre figuram habentia, ut possit precidere arbores magnas et altas, et ad terram deponere. [3]Si autem sitierit, uadit ad terribilem Eufraten flumen, et bibit; sunt autem ibi ricine (dicuntur grece), hoc est frutices tenues ramos habentes; [4]et uenit ludens ad illam ricinum fruticem, et obligatur in ramis eius. [5]Et clamat, uolens fugere, et non potest, obligatus est enim; audiens eum autem uenator, ueniet et interficiet eum.

[6]O polite nomine, hoc est cuius conuersatio caelestis est [*cf.* Phil. 3. 20], [7]presumens duobus uis cornibus, detractationibus et uoluptatibus, aduersaria cupiditate et seculi pompa abstine: [8]congaudent tibi angelorum uirtutes, duo cornua duo testamenta sunt. [9]Sed uide ne tenearis modicissime huic ricimine, hoc est frutici paruole per quam occasione uestitus, et tenearis laqueis eius, et malus uenator occidet te (id est diabulus): [10]Uinum *autem* et mulieres *effugiet sapiens uir* [Eccli. 19. 2, Os. 4. 11].

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 adpropinquar& Y^2. — 2 magnos et altos Y^2. — 3 ricine] *infra* rinice YY^2. — 5 autem eum Y^2. — 6 cael. est] *add.* sic et homo Y^3. — 7 detractionibus Y; pompa] YY^3 *om.* Y^2. — 9 uertitus (*?*) Y^2. — 10 uinum] Y uirum Y^2; enim Y^3.

III. DE LAPIDIBUS PIROBOLIS

Sunt tantum lapides piroboli in partis orientis, hoc est ignei lapides, masculus et femina. [2]Et quamdiu longe a se sunt, ignis non ardet; [3]si autem appropiauerit feminae masculus, ignis incenditur, et incendit omnia.

[4]O generosa epolitetota (hoc est abstinens in omnibus), [5]multi enim in tartaro sunt propter mulierem, qui in temptationibus inciderunt.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

piropolis Y. — 1 partes orientes Y^2. — 3 si enim propiauerit ignis incendit

sic et scriptum si autem longius sit ab animam (inuicem?) mortuos est animam (?) si autem propiauerit pm̃ scm̃ ad anima (inuicem?) ignitus ambo quomodo ait in psalmo [17. 31] eloquia domini igne examinata Y^3; appropr. Y adpropinquauerit Y^2.—5 tempnat. Y^2 temptatiobus Y; inciderint Y^2.

IV. DE SERRA MARINA

Bene Physiologus dixit de abstinentibus in omnia, et non in fine permanentibus [*cf.* Matt. 24. 13]. [2]Est (inquid) animal in mari quod dicitur serra, alas habens longas. [3]Et si uiderit naues nauigantes, imitatur eas, et exaltat alas suas, et contendit cum nauibus que nauigant; [4]et cum fecerit stadia triginta aut quadraginta, aut eo amplius, laborans in se, alas suas colligit, [5]et fluctus eam referunt in ueterem suum locum, ubi prius erat.

[6]Mare saeculum dictum est, [7]naues prophetas et apostolos, qui pertransierunt saeculum hoc; [8]et uirtutes aduersarii, haec autem serra, que non permansit cum nauibus transeuntibus, [9]horum sunt similitudines qui ad tempus sunt abstinentes, et cursu bono currentes non permanserunt — [10]incipientes opere bono, non permanserunt in fine, propter cupiditatem et superbiam et turpis lucri gratiam [*cf.* Tit. 1. 11], aut fornicationes aut mechias aut odio: in quibus fluctibus maris (hoc est contrarie uirtutes) sunt que eos deducunt in infernum.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 de] *Y om.* Y^2. — 2 saerra *Y*. — 4 collegit Y^2. — 5 fructus Y^2. — 7 apostolus *Y* -ulos Y^2. — 10 operi Y^2; turbi Y^2; mechinas *Y*; fluctus Y^2.

V. DE CHARADRIO

Est aliud uolatile genus animalis quod dicitur charadrius: in Deuteronomio scriptum est [*cf.* Deut. 14. 18]. [2]Totus albus est, nullam partem habens nigram; et interiora eius apudeumata curant his quorum oculi caligant: [3]in atriis autem regum inuenitur. [4]Et si quis est infirmus, ab eodem charadrio cognoscitur si uiuat aut moriatur; [5]et si est infirmitas hominis ad mortem, auertit faciem suam charadrius ab eo, et omnes cognoscunt quia morietur; [6]si autem infirmitas eius est ad uitam, aspicit charadrius in faciem eius qui infirmatur, et infirmus charadrium, [7]et absoluit infirmitatem infirmi charadrius; [8]et euolans in aera solis, comburit infirmitatem infirmi, [9]et spargit eam.

[10]Et saluator noster charadrius est, et is qui infirmatur bonam personam accipit saluatoris nostri: totus enim albus est saluator, non habens maculam aut rugam [*cf.* Eph. 5. 27]; [11]dicit enim in euangelio ipse dominus quia: Princeps mundi huius ueniet et in me nihil *inueniet* [Ioh. 14. 30], etenim: [12]Peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius [I Petr. 2. 22]. [13]Ueniens enim de celo ad populum Iudeorum, auertit ab eo suam deitatem, dicens: Ecce *demittetur* domus uestra deserta [Luc. 13. 35]; [14]uenit ad nos gentes, tollens infirmitates nostras [*cf.* Matt. 8. 17], [15]et peccata nostra portans [*cf.* Esai. 53. 4], exaltatus in ligno crucis: [16]Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem [Ps. 67. 19], dedit dona hominibus [Ps. 67. 19, Eph. 4. 8].

[17]Sed dicis quia charadrius inmundus est secundum legem, [18]et quomodo fert personam saluatoris? Et serpens inmundus est, et testatus est ipse dominus de se in euangelio, [19]dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in herimo, ita exaltare oportet filium hominis [Ioh. 3. 14]; [20]et serpens prudentior dictus est, [21]similiter et de leone, et alia multa: [22]duplicia autem sunt creatura, laudabilia et uituperabilia.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

de charadra Y^2. — 1 alius *Y*. — 2 aputeu. Y^2. — 4 caradrio *Y*; cognoscit *Y*. — 6 est] *YY*^{3} *om.* Y^2; caradrius *Y*. — 7 caradrius *Y*. — 10 his Y^2; accepit Y^2. — 11 dixit *Y*. — 12 faecit *Y*. — 13 iudeos Y^3 iudaicum *Y add.* cum Y^2. — 17 caradrius *Y*. — 19 moysen *Y*. — 22 dublcitia ... creture Y^2.

VI. DE PELICANO

Dauid in psalmo centesimo primo dicit: Similis factus sum pelicano in solitudine [Ps. 101. 7]. [2]Phisiologus dicit de pelicano quia amator est filiorum nimis; [3]si autem genuerit natos et paruuli increuerint, incipiunt percutere parentes suos in faciem; parentes autem colaphizantes eos occident; [4]deinde misericordia moti parentes tribus diebus flent eos, lugentes quos occiderunt; et tertia die mater eorum percutiens costam suam destillat suum sanguinem super eorum corpora mortua (id est pullorum): [5]ipse sanguis suscitat eos de morte.

[6]Sic et dominus noster increpat per Esaiam dicens: Filios *generaui* et exaltaui, ipsi autem spreuerunt me [Esai. 1. 2]. [7]Genuit nos factor omnis creature: percussimus eum. [8]Quomodo percussimus eum? quoniam seruiuimus potius creature quam creatori [*cf.* Rom. 1. 25].

[9]Ascendens autem in altitudinem crucis, percusserunt impii latus, et aperuerunt eius costam; et exiit sanguis et aqua [*cf.* Ioh. 19. 34] in uitam eternam [*cf.* Ioh. 6. 55] — [10]sanguis propter quod dixit: Accipiens calicem gratias egit [Matt. 26. 27, Luc. 22. 17], aqua autem propter baptismum penitentie [Marc. 1. 4, Luc. 3. 3], [11]qui dixit: Me derelinquerunt fontem aque uite gratis, et cetera [Hier. 2. 13]. [12]Bene ergo Phisiologus arguit de pelicano.

Codd.: Y Y^2 Y^3. *Versio alt.: C M.*

---

1 solitudinis Y^3. — 3 sic Y^2. — 4 destillauit *Y* stillat *C* stillans Y^3. — 6 sic] *Y* ita *C om.* Y^2; noster] *C* Y^{23} meus *Y*; esaim *Y*. — 9 costam & iit Y^2. — 12 peligano *Y*.

VII. DE NICTICORACE

Item in eodem psalmo centesimo primo de nicticorace dicit: Factus sum sicut nycticorax in domicilio [Ps. 101. 7]. [2]Nicticorax tenebras amat magis quam lucem; hoc genus uolatile est.

[3]Dominus autem noster Ihesus Christus amauit qui in tenebris et umbra mortis *erant* [*cf.* Esai. 9. 2], populum gentium et populum Iudeorum, [4]qui tunc filiorum adoptionem [*cf.* Gal. 4. 5] et patrum promissionem [*cf.* Rom. 15. 8] habuerunt. [5]De hoc et saluator dixit: *Ne timueris*, pusillus grex, [6]*quoniam* conplacuit patri dare uobis regnum [Luc. 12. 32]; [7]et propheta dicit: Uocabo non populum meum, et non dilectam dilectam [Rom. 9. 25, *cf.* Os. 2. 24]. [8]Sed dicis (secundum Deuteronomium) quoniam inmunda auis est nycticorax: [9]et apostolus ideo dixit: Qui non *cognouit* peccatum pro nobis peccatum fecit [II Cor. 5. 21]; [10]et: Omnibus omnia factus est, ut omnis lucri *faceret* [I Cor. 9. 22].

Codd.: Y Y^2 Y^3. *Sim.: C.*

---

de nicticorace] *om.* YY^2. — 1 in eodem in ps. centissimo Y^2; noctic. *Y*; nyct.] *Y*. — 2 noct. *Y*. — 3 domine Y^2; que Y^2; umbre Y^2. — 4 promissione *Y*. — 6 patre Y^2; regum Y^2. — 7 pop. meum] YY^2 plebem meum plebem meum Y^3. — 8 noct. *Y*.

VIII. DE AQUILA

Dauid in psalmo centesimo secundo: Renouabitur sicut aquilae iuuentus tua [Ps. 102. 5]. [2]Phisiologus dicit de aquila quoniam cum senuerit, grauantur ale eius, et oculi eius caliginant. [3]Quid ergo facit? querit fontem aque, et euolat in aera solis, [4]et incendit alas

suas et caliginem oculorum suorum; [5]et discendit in fontem, et tingit se per ter, [6]et renouabitur et nouus efficitur.

[7]Ergo et tu, si uestitum habes ueterem, et caliginant oculi cordis tui, quere spiritalem fontem dominum; [8]quid: Me derelinquerunt fontem aque uite et cetera [Hier. 2. 13]. [9]Et euolans in altitudinem solis iustitie [Mal. 4. 2], qui est Christus Ihesus (sicut apostolus dicit), et ipse incendet uetus uestimentum tuum diabuli. [10]Propterea et duo presbiteri illi in Danielo sic audierunt inueterate dierum malorum [*cf.* Dan. 13. 52], et baptizare in sempiterno fonte, [11]expolians ueterem hominem cum actibus suis, et induens nouum: Qui secundum dominum creatus est [Eph. 4. 24], sicut apostolus dicit. [12]Propterea et Dauid ait: Renouabitur sicut aquile iuuentus tua.

Codd.: Y Y² Y³. Trans. alt.: C.

---

4 suas] *CY²* suam *Y*. — 9 incendat *Y³*; tuum] *om. Y*. — 11 hominem uet. *Y²*. — 12 aquila *CY²*.

IX. DE PHENICE

Quoniam dixit saluator in euangelio: Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [Ioh. 10. 18]: [2]et Iudei irati sunt in uerbo eius. [3]Est enim uolatile genus in Indie partibus quod dicitur phenix; que auis per quingentos annos intrat in ligna Libani, et implet duas alas suas aromata. [4]Et significat sacerdoti Heliopoleos (ciuitas hec que Heliopolis nomen habet) [5]in mense nouorum, hoc est Adar, quod grece dicitur Farmuti uel Phamenoth. [6]Sacerdos autem cum significatum ei fuerit, intrat et implet aram lignis sarmenteis; [7]et intrans illa auis in Heliopolim onerata aromatibus, ascendit super aram, [8]et sibi ipsa ignem incendit, et seipsam conburit. [9]In crastinum enim sacerdos scrutatur aram, et inueniet uermem in cineribus. [10]Secundo autem die inuenit auiculam pusillam. [11]Tertio die inueniet aquilam magnam: [12]et euolans, salutat sacerdotem, et uadit in antiquum locum suum.

[13]Si ergo hoc uolatile genus hanc talem potestatem habet seipsum sic occidere et seipsum sic suscitare, [14]quomodo stulti homines irascuntur in uerbo saluatoris: Potestatem habeo (dicentis) ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam? [15]Phoenix personam accipit saluatoris: etenim descendens de celestibus locis, duas alas suas boni odoris sui plenas deposuit (hoc est optimos

sermones suos): [16]ut et nos, extendentes manus operationes, remittamus ei bonum odorem [*cf.* II Cor. 1. 15] spiritale in operibus bonis. [17]Bene ergo Phisiologus dicit de phenice.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

tit. de ph.] *om.* YY^{23}. — 2 eius] *add.* de phenice YY^2. — 5 noborum Y^2. — 8 igne *Y*. — 14 irascantur *Y*; dicentis] *Y* dicentes Y^3 discendi Y^2; eum *Y*. — 15 accepit Y^2; optimo *Y*.

X. DE EPOPE

Dicit enim lex: Qui maledixerit patri *aut* matri, morte morietur [Ex. 21. 17]. [2]Et quomodo sunt patricide aut matricide? [3]Est auis que dicitur epopus: si uiderit suos parentes senuisse, et eorum oculos caliginasse, [4]filii uellunt pinnas parentum, et elingunt oculos eorum, et calefaciunt parentes suos sub alis suis, [5]et nutriunt parentes suos, uicem eis reddentes, et nutriunt sicut pullos suos, [6]et noui fiunt parentes ipsorum; [7]et quodam modo dicunt parentibus suis: sicut uos laborastis nutrientes nos, [8]sic et nos similiter uobis facimus.

[9]Et quomodo inrationabiles homines non amant parentes suos? [10]Bene ergo Phisiologus arguit de epopo.

Codd.: Y Y^2 — *A* Y^3.

tit. de ep.] *om.* YY^{23}. — 1 patrem AY^{23}; aut] et Y^2; matrem AY^{23}. — 3 parentes suos AY^3; et eorum oculus et eorum oculus Y^2; caligasse YY^2. — 4 euellunt AY^3; lingunt AY^3; parentos *Y*; sub alis suis] YY^3 *om.* ACY^2. — 5 et nut- parsuos] *Y om.* AY^{23}; uicem eis red-] YY^2 *om.* AY^3; redentes *Y*. — 7 et qu- modo] YY^2 *om.* AY^3. — 8 et nos] YY^2 *om.* AY^3. — 9 et quo-] *AY om.* Y^2; par- suos] *add. Ex. 21. 17* Y^3.

XI. DE ONAGRO

In Iob dicitur: Quis *est qui dimittit* onagrum liberum [Hiob 39. 5]. [2]Phisiologus dicit de onagro quoniam est gregis primus in eis; et si generauerit greges masculos, pater eorum confringit necessaria eorum, ut non faciant semen.

[3]Patriarche semen carnale querebant creare; apostoli autem spiritale filios carnales obtinuerunt, ut semen caeleste possiderent, [4]sicut dicit: *Laetare* sterilis quae non paris, et cetera [Esai. 54. 1]. [5]Uetus testamentum semen annuntiat, nouum autem abstinentiam predicat.

Codd.: Y Y^2 — *A* Y^3.

1 quis dimisit *A*. — 2 phis- ... quoniam] YY^2 masculus *A om.* Y^3; generaue-

rint Y^2 genuerit grex AY^3; masculus Y^2; uti ne A ut ne Y^3. — 4 dicit] *add.* spiritus sanctus per prophetam A; sterelis Y.

XII. DE UIPERA

Iohannes dicit ad Phariseos: *Generatio* uiperarum [Matt. 3. 7, Luc. 3. 7]. [2]Phisiologus dicit de uipera quoniam faciem habet hominis masculus, [3]femina autem mulieris usque ad umbilicum, [4]ab umbilico autem usque ad caudam corcodrilli habet figuram; [5]porro femina non habet secretum locum, id est menbrum pariendi sinum, sed ut foramen acus habet. [6]Si autem masculus habeat cum femina, effundet semen in os femine, [7]et si biberit semen eius, precidet femina necessaria masculi (hoc est uirilia), et moritur masculus; [8]cum autem creuerint filii eius in utero matris sue, non habens illa sinum unde pariatur, tunc filii adaperiunt latus matris suae, [9]et exeunt occidentes matrem.

[10]Assimilauit ergo saluator noster Phariseos uipere: sicut hec generatio occidit patrem et matrem, sic et hic populus, qui sine deo est, patrem suum Ihesum Christum et matrem terrestrem Hierusalem. [11]Et quomodo fugiunt ab ira uentura? [*cf.* Luc. 3. 7]: [12]pater autem noster Ihesus Christus et mater ecclesia uiuunt in eternum, [13]ipsi autem in peccato uiuentes mortui sunt.

Codd.: YY^{23} *A C* — *H*(2. 21)*L* — *M*.

---

1 bene dixit ad phar. *AC*; uip.] + quis uobis dixit fugere a uentura ira *AC* progenies (Matt.) uip. quis ostendet (Luc.) *HL*. — 2 dicit] *LMYY*^{23} monet *AC*. — 4 ad] *om. Y*. — 5 porro] YY^2 *om. ACM*; secretum ... sinum] YY^{23} uadum *etc. AM*; ut] CYY^2 sicut *A* et *M*. — 6 et si *AC*; habeat] YY^2 fiat ACY^3 quando coitum facit *HL* et masc. uoluerit cognoscere *M*; effundit *Y*; os eius Y^3 os suum *HL* caput suum L^2. — 7 ebiberit *AC* deglutiens *HL*; necessaria] $ACYY^2$ caput HL^2 uirilia *L*; hoc est uir.] YY^2 *om. ACM*. — 8 increuerint *Y*; pariat *AC*; tunc] YY^2 *om. ACM*. — 9 et exeuntes *A* et sic foris exeunt *M*; occ. matr.] YY^2 occident patrem et matrem *A* patrueli et matrueli *C* patrolae ergo sunt et matrolae *M* mortua matre *HL*. — 10 bene ergo simil. *AC*; noster] AY^2 meus *Y*; qui] YY^2 *om. AC*; suum] YY^2 *om. AC*. — 11 et] YY^2 *om. AC*. — 13 in pec. uiu.] YY^2 peccatores *A*.

XIII. DE SERPENTE

Saluator dicit: Estote prudentes sicut serpentes, et *mites* sicut columbe [Matt. 10. 16]. [2]Serpens tres naturas habet: [3]prima eius na-

tura hec est: cum senuerit, caligant ei oculi; et si uoluerit nouus fieri, abstinet et ieiunat quadraginta diebus, donec pellis eius relaxetur a carne sua; [4]et si relaxata fuerit ieiunis pellis eius, uadens querit fissuram angustam in petra, [5]et intrat in fissuram, et contribulat se, et cogit, et deponit pellem ueterem, et nouus fit. — [6]Et nos, per multam abstinentiam et tribulationem, pro Christo deponemus ueterem hominem et indumentum eius. [7]Sed et tu, quere spiritalem petram Christum, et angustam fissuram: [8]Angusta enim est porta, et cum tribulatione uia, que ducit ad uitam, et pauci sunt qui introeunt per eam [Matt. 7. 14].

[9]Secunda eius natura est: cum uenerit aquam bibere ad flumen, non adfert secum uenenum quod gestat in capite, sed in fouea sua illud deponit. — [10]Debemus ergo et nos, cum in collectam ueneremus, aquam uiuam et sempiternam haurire [*cf.* Ioh. 4. 15]; [11]cum audimus diuinum sermonem et celestem in ecclesia, non nobis cum uenenum inducamus (hoc est terrestres malasque concupiscentias [*cf.* Col. 3. 5]). [12]Multi enim insipientes non uenerunt in illam spiritalem cenam; alii quinque iuga bouum ementes, alii agrum querentes, alii uxorem ducentes [*cf.* Luc. 14. 16–24]. [13]Sicut in euangelio dicit: Reddite ergo omnibus debita, cui timorem timorem, cui honorem honorem, cui tributum tributum, et cetera [Rom. 13. 7].

[14]Tertia eius natura est: si uiderit hominem nudum, timet eum; si autem uiderit eum uestitum, insilit in eum. — [15]Sic et nos spiritaliter intellegimus, quoniam cum primus homo pater noster Adam nudus fuisset in paradyso, non preualuit serpens insilire in eum; [16]sed quando tunica indutus est (hoc est mortalitatem carnalis corporis peccati), tunc exiliuit in eum. [17]Si ergo et tu habes uestem mortalem, hoc est ueterem hominem, et uis audire inueterate dierum malorum [Dan. 13. 52], exiliet in te serpens; [18]si autem expolies te indumento principum et potestatum *seculi huius rectorum* et *spiritus* nequitiae in celestibus (sicut apostolus dixit [*cf.* Eph. 6. 12]), [19]tunc non potest insilire in te serpens. [20]Bene ergo dixit Physiologus de serpente.

[[21]Quarta quoque natura serpentis: quando uenerit homo et uoluerit eum occidere, [22]totum corpus tradit ad penam, caput autem suum custodit. [23]Debemus et nos in tempore temptationis totum corpus tradere, caput autem custodire, id est Christum non ne-

gantes; sicut fecerunt sancti martyres: Omnis enim caput Christus est [I Cor. 11. 3].]

Codd.: YY^{23} *A M — P — DH*(2.21)*L — L*^{24} *— EE*^{2}*H*^{2}(3.53) *— F*(21.7, §§ 3–5, 9, 12) *— C M*^{2}.

---

1 estote] + ergo *AL*^{2}; mites] *YY*^{2} simplices *AC*; sicut] *ACY*^{2} ut *Y*. — 2 tres naturas] *AEH*^{2}*Y*^{2} tres res naturales *Y* quatuor *CM*. — 3 ei oculi] *YY*^{2} oculi eius *AC* impedimentum habent *DHL*; abstinet] + se *CE* + a cibo *H*^{2} a cibis *M*; diebus] + et quadr. noctibus *DLMP*; eius] + ieiunis *YY*^{2}; a carne ... pellis eius] *YY*^{2}. — 4 ieiuniis *Y*; uadens] *DHLYY*^{2}; angustam rimam *EH*^{2}. — 5 transitum ... expoliatur *DHL*; et cogit] *YY*^{2}; et nouus fit] *M* et iuuenis fit *L* et iuuenescit *DH om. AYY*^{2}. — 6 -ionem] *EYY*^{2} -iones *AC*; deponimus *A* -amus *E*. — 7 phissuram *Y*.— 8 angusta ... uia] *YY*^{2} id est ang. portam *AC*(*D*) + et arta uia *L*; porta] petra *Y*; sunt qui] *YY*^{2}; intrant *A*.—9uenerit]+ad *Y*^{2}; pergit ad bibendum *DHL*; adfert] *CFMY* auf. *Y*^{3} adferit *Y*^{2} portat *AE*; quod ... capite] *YY*^{2} suum *AEFY*^{3}; in cubili suo *CFM*. — 10 ueneremus] *YY*^{2} uenimus *AEL*^{2}*Y*^{3} ueniamus *L* + ad *Y* et *Y*^{2}; haurire] *Ioh.* haurientes *ACEY*^{3} aurimus (*?*) *YY*^{2}. — 11 cum audimus] *Y* cum audiuimus *Y*^{2} audire *AEL* audiunt *L*^{2}; non ... hoc] *YY*^{2} abicere a nobis uenenum hoc (id *E*) *ACE*; malasque] *YY*^{2} secularesque *L* et malas *ACEY*^{3}. — 13 dixit *Y*^{23}. — 14 natura] + sic *Y*^{2}; timens fugiat *DHL*; exsilit *AY*^{3}. — 15 quia *EE*^{2}*H*; cum] *YY*^{23} *om. AE*^{2}*HL*; Adam] + quamdiu *AE*; nudus fuisset] *YY*^{2} fuit nudus *AE* nudus fuit *Y*^{3}; insilere *Y*. — 16 quando] *AYY*^{2} postquam *EHH*^{2}; tunica] *EHH*^{2}*Y*^{2} -icis *AYY*^{3}; induti sunt *YY*^{3}; carnalis] *YY*^{2} *om. AEY*^{3}; peccati] *YY*^{2} *om. AEY*^{3}. — 17 et tu] *YY*^{2} o homo *H*^{2} *om. AEE*^{2}; uis] *A om. YY*^{2}; exiliens *Y*^{2}. — 18 expolias *Y*; indumento] *AE* -tum *YY*^{2}. — 19 potest] + iam *YY*^{2}; insilire] *YY*^{2} exilire *AEH*. — 20 *YY*^{2}. — 21 *CM*^{2}; quoque] *M*^{2} *om. C*; occ. eum *C*. — 22 *CM*^{2}; ad penam] *M*^{2} *om. C*; suum] *M*^{2} *om. C*. — 23 *C versio altera L*^{24}.

XIV. DE FORMICA

Salomon in prouerbiis dixit: Uade ad formicam, o piger, et *imitare* uias eius [Prou. 6. 6]. [2]De formica dixit Phisiologus tres naturas habere. [3]Prima eius natura est: cum ordinate ambulauerint, [4]una queque granum baiulat in ore suo; [5]he quae uacue sunt, nihil habentes formice, non dicunt habentibus: date nobis granum uestrum [Matt. 25. 8]; [6]sed uadunt per uestigia priorum, et ueniunt in locum ubi et ille frumentum inuenerunt; et tollentes et ipse, deportant in cubile suum. — [7]Et hec quidem dicta sunt de inprudentibus et inrationabilibus. [8]Ue autem uirginibus illis que petierunt a prudentibus, dicentes: [9]Date nobis oleum de uasis uestris, *quoniam* extinguntur lampades nostre [Matt. 25. 8]; [10]cum essent rationabiles et habentes intellectum, hec autem audierunt: [11]ab eis non possumus, ne forte non sufficiat, et nobis et uobis.

[12]Secunda eius natura est: quando recondit grana in cubili suo, diuidit ea in duo, [13]ne forte hiemps conprehendat ea, et infundente pluuia germinent grana, et fame pereat. — [14]Et tu, uerba ueteris testamenti diuide ab spiritali uerbo carnalia, [15]ne quando germinat littera, te occidat. [16]Paulus autem apostolus dicit quoniam: [17]Lex spiritalis est [Rom. 7. 14]; [18]et iterum dicit: Littera occidit, spiritus autem uiuificat [II Cor. 3. 6]; [19]et iterum: Que sunt uiuificantia, haec enim sunt duo testamenta [Gal. 4. 24]. [20]Iudei autem solam litteram aspicientes, fame necati sunt; [21]et prophetarum homicide, sed et dei, facti sunt, radentes uirgas ut pariant oues [*cf.* Gen. 30. 37 seq.], et carnales circumcisiones, et sabbatismos, et scenophagias. [22]Haec autem omnia spiritalia sunt et intellegibilia [*cf.* Esai. 7. 9].

[23]Tertia eius natura est: uadit in agrum tempore messis, et ascendit in spicam, et deponit granum. [24]Priusquam autem ascendat spicam, odorat deorsum spice, et ab odore cognoscit si triticum est aut ordeum; [25]et si est ordeum, statim refugit ad tritici spicam. — [26]Hordeum autem esca est pecorum; et in Iob dicit: Pro *tritico procedat* mihi *hordeum* [Hiob 31. 40]. [27]Et propheta: Fugi de Babilonia, fugi de terra Chaldeorum [*cf.* Hier. 50. 8], [28]hoc est, fugi aliena doctrina aliene glorie, que ordei sunt escae, occidentes animas (hec et inimica ueritatis dicta sunt, et sunt). Bene de formica dictum est.

Codd.: Y Y^2 Y^3 *A* (§3–6, 16–18, 20–22).

---

4 una qū tibi gr. Y^2; baiolat *Y*. — 5 haec Y^2; et ea quae uana sunt *A add.* et Y^3. — 7 de] + animalibus *B*. — 8 a] *Y om.* Y^2. — 9 lamp. nos. ext. Y^2; lampade *Y*. — 11 et nobis] nobis Y^2. — 12 cubil *Y*. — 13 germinant *Y*. — 14 ueteri *Y*; uerba Y^2. — 15 germinat] *B om.* YY^2; occidit *Y*. — 18 spiritus] + sanctus Y^2; autem] *om.* Y^2. — 21 et] YY^2 *om. A*; homic. proph. *A*; dei ... uirgas] YY^2 iacob tradens uirgas *A*; sabbata AY^3; scenosfegias Y^2 scenophegia *A*. — 22 haec autem omnia figuraliter sunt intellegenda *A*. — 28 sunt et ... dictum] *om.* Y^3.

XV. DE SYRENA ET ONOCENTAURO

Significauerat ante Esaias propheta dicens: Syrene et onocentauri et *demonia* et herinacii *uenient* in Babilonia et saltabunt [Esai. 13. 21]. [2]Unius cuiusque naturam Phisiologus disseruit, dicens de sirenis, quoniam animalia mortifera sunt in mari, clamitantia uocibus aliis; [3]etenim dimidiam partem usque ad umbilicum

hominis habent figuram, dimidio autem uolatilis. [4]Similiter et onocentauri, a pectore et sursum hominis habet figuram, [5]deorsum autem asini.

[6]Sic et uir duplex *corde, indispositus* in omnibus uiis suis [Iac. 1. 8]. [7]Ita sunt malorum negotiatorum, et actus anime; [8]in ecclesia quidem colliguntur, absconse autem peccant: [9]Habentes quidem (et apostolus dixit) speciem pietatis, uirtutem autem eius *denegantes* [II Tim. 3. 5]. [10]Et in ecclesia anime quorumdam sicut oues sunt; [11]cum autem dimissi fuerint a collecta, fiunt tamquam pecora: Et assimilabuntur iumentis *insensatis* [Ps. 49. 20]. [12]Hi tales siue syrene siue onocentauri figuram ostendunt aduersariorum.

Codd.: YY² Y³.

---

tit. et] *edit. om. YY².* — 3 dimidio autem] Y^3 *om.* YY^2; uolatilis] *graec.* uolatiles Y^3 mulieris YY^2. — 4 pecatore Y^2. — 6 indisp.] *add.* est Y^3. — 7 negotaorum *Y*. — 8 in absconso Y^3. — 9 dicit Y^2.— 11 autem dimissi] YY^3 audis nisi Y^2; p&cora *Y*. — 12 hii YY^3.

XVI. DE HERINACIO

Hirinacius autem species non habet sicut pile, totus autem spinis plenus est. [2]Phisiologus dixit de eo quoniam ascendit in botrum uitis, [3]et deicit acinas in terram (hoc est uuas); [4]et deuoluens se super eas, et adherens fructus uitis eius spinis, affert filiis suis, et remittit racemum botrui uacuum.

[5]Et tu, christiane, abstinens operari in omnibus, [6]astitisti enim spiritale uine, propter quod afferis in spiritali torculari, et reconderis in atriis dei regis, in sancto tribunali Christi, et uitam eternam capies; [7]quomodo dimisisti illum spiritum nequissimum ascendere in locum tuum, [8]et talem tuam abstinentiam dispersit. [9]Et aculeis mortis te fefellit intantum, ut spoliam tuam aduersariis uirtutibus diuideret. [10]Iuste ergo Phisiologus statuit naturas animalium spiritalibus rebus.

Codd.: YY² AY³.

---

tit. Y^2 *om. Y* de herinace hycesi Y^2. — 1 speciem Y^2; non] *om.* Y^2; est] AY^2 *om. Y*. — 2 dicit *A*; asc.] *add.* autem AY^3 *add.* in botro *A*. — 3 racemos AY^3; ubas *Y*. — 4 uoluens ... eas adheret spinis *A*; aferr& Y^2 afferet *A*; dimittit *A*; uotri Y^2 botri *Y*. — 6 spiritali AY^2; uini Y^2 uineae *A*; afferes *A*; regis] *add.* quod affertur AY^3; sanctum tribunal *A*. — 10 rebus] *AY* regibus Y^2.

XVII. DE HIBICE

Est animal quod dicitur hibicis; inmundum quidem est, secundum legem, pre omnibus uolatilibus [*cf.* Leu. 11. 17]. [2]Natare nescit, sed secundum litorem fluminum uel stagnorum depascit: [3]non potest natare in altitudinem, sed ubi inmundi pisciculi demorantur; [4]inueniturque foris ab altissimis locis.

[5]Disce nunc spiritaliter natare, ut uenias in intellegibile et spiritalem altum flumen, et ad altitudinem sapientie uirtutis dei [*cf.* Rom. 11. 33]. [6]Si uis ascendere in altitudinem, et mysteria domini Ihesu Christi discere, disce spiritaliter natare. [7]Nisi enim duas manus extenderis et feceris typum crucis, non poteris pertransire mare; [8]et nisi tu uolueris pertransire seculum ad deum per typum crucis, omnia scandala non uitabis: [9]nescient enim natare neque orare scientes, foris depascuntur ab ecclesia. [10]Foris autem a fide sunt fornicationes, moechiae, detractationes, cupiditates. [11]Radix enim omnium malorum est cupiditas: etenim typus crucis super omnem creaturam est.

[12]Et sol, nisi extenderit radios suos, non poterit fulgere. [13]Et luna, si non extenderit sua dua cornua, non lucebit. [14]Nam et uolatilia celi, nisi extenderint alas suas, non poterint uolare. [15]Nauis quoque, nisi extensum fuerit uelum eius cum uelificat, uentis flantibus non mouetur ad nauigandum. [16]Sicut et Moyses, extendens manus suas, *interfecit* Amalech [*cf.* Ex. 17. 11]; Danihel, cum oraret, leones euasit; [17]Ionas in uentre coeti similiter orando seruatur; Thecla in ignem missa est, et in foueis bestiarum, et typus eam saluauit crucis. [18]Et Susanna a presbiteris liberatur, Iudit sic occidit Olofernem dextera forti, Hester Aman, et tres pueri in camino ignis: [19]tali custoditi sunt signo, et alia multi sancti peiora omnium passi sunt genera tormentorum. [20]Bene ergo Phisiologus de hibice dixit.

Codd.: YY^{2} *A* (§§2–6) *Y*^{3}.

---

1 quod] *Y* que *Y*^{2}. — 2 *incip.*: ibit circa labia flum. *AY*^{3}; nature *Y*^{2}; nescat *Y*; litore *Y*. — 3 natare] *om. A*. — 5 nature *Y*^{23}; ad] *Y om. Y*^{23}; dei] *Y*^{23} *om. Y*; uinias intellectuales altum fl. altum diuitiae sap. et uirtutes *A*. — 6 ascendere] *AY*^{3} desc. *YY*^{2}. — 8 non] *Y*^{2} *om. Y*. — 10 mechie *Y*; detractiones *YY*^{3}; cupiditas *Y*. — 11 est enim *Y*; omnis creaturas *Y*^{3}. — 14 -erit ... -erit *Y*. — 15 extentum *Y*. — 16 extend& *Y*^{2}; euasit] *Y* efacit *Y*^{2}. — 17 tecla *Y*; saluabit *Y*^{2}. — 18 iudit] *add.* & *Y*^{2}; olophorne in dex. *Y*^{2}. — 19 paiora *Y*^{2}.

XVIII. DE UULPE

Uulpis dolosum animal est omnimodo, et dolos parat. [2]Si esurierit et non inuenerit quod manducet, requirit ubi est scyssura terre et palearum, [3]et proicit se supina, sursum respiciens, et adducit flatos suos infra se: exspanditur omnino. [4]Et putant uolatilia quoniam mortua est; [5]descendunt super eam ut manducent eam, et rapit ea, et extenderat, et mala morte uolatilia ipsa moriuntur.

[6]Et diabulus omnino mortuus est, et actus operi eius: [7]qui uult communicare carnium eius, morietur; [8]etenim carnes eius sunt fornicationes, cupiditates, uoluptates, aduersantes seculi [*cf.* Matt. 15. 19]. [9]Ex hoc et Herodes similatus est uulpi [*cf.* Luc. 13. 32]; [10]et scriba, audiens autem saluatorem: Uulpes (inquid) foueas habent [Matt. 8. 20, Luc. 9. 58]. [11]Et in canticis canticorum: Capite nobis uulpes *pusillas, exterminantes* uineas [Cant. 2. 15]. [12]Et Dauid in psalmo LXII: Partes uulpium erunt [Ps. 63. 9]. Bene ergo Phisyologus dicit de uulpe.

Codd.: Y Y^2. *Trans. alt.: B* Y^3 *etc.*

---

1 uulpes Y^2. — 2 scyssure *Y* fissura Y^2. — 3 suspiciens *Y*; flatus *Y*. — 5 extenterat *Y*; moriunt *Y*.—10 saluatore *Y*.— 11 uineas / *20. 33* obediens] *deest fol.* Y^2.

XIX. DE ARBORE PERIDEXION ET COLUMBIS

Est arbor que dicitur peridexion, inuenitur in India. [2]Fructus autem arboris illius dulcis est totus ualde, et suauis. [3]Columbe autem delectantur in fructu arboris illius: habitant autem in ea pascentes fructu eius. [4]Inimicus est autem dracho columbis, timet autem arborem illam et umbram eius, in qua columbe demorantur: [5]et non potest draco adpropiare columbis neque umbre eius. [6]Si enim umbra arboris uenerit ad occidentem, fugit draco ad orientem; [7]si iterum uenerit umbra eius ad orientem, fugit ad occidentem. [8]Si autem fiet ut columba inueniatur foris arborem aut umbram eius, [9]et inuenerit eam draco, occidit eam.

[10]Arborem patrem omnium dicit, umbram autem in filium Christum; [11]sicut dixit Gabrihel ad Mariam: Ne timeas, Maria, spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi [Luc. 1. 30, 35]. [12]Fructum autem celestem sapientiam dixit, columbam

autem in spiritum sanctum dixit; [13]uide ergo, o homo, ne postquam acceperis spiritum sanctum (hoc est spiritalem columbam intellegibilem, de celo descendentem et manentem super te), [14]ne fias foris a deitate, alienus a patre et filio et spiritu sancto, et draco te interimat (hoc est diabulus). [15]Non potest enim draco adpropiare ad arborem, neque ad umbram, neque ad fructum arboris: et tu, si habeas spiritum sanctum, non potest tibi draco adpropinquare (hoc est diabulus). [16]Bene ergo de arbore et fructu et umbra eius diximus.

Codd.: Y — Y^3 AEE^{24} H(3.39).

---

1 inc. haec arbor inuen. *A*; in indiae partibus *EY*^{3}. — 2 illius] *YY*^{3} huius *AE*^{24}; totus dulcis est *YY*^{3}. — 3 delectant *AE*^{2}; habitant autem] *AY*^{3} hab. enim *Y*; pasc.] + et de *Y*; eius] + accipientes *Y*. — 4 in qua] *YY*^{3} ubi *AE*^{24}*H*. —5 et]*AE*^{2}*Y*^{3} in arbore *Y*; draco]+ascendere uel *Y*; adpropriare *Y*; columbis] *Y* -ae *Y*^{3} arbori *AE*^{24}*H*; eius] *AE*^{24}*HY*^{3} arboris *Y*. — 6 fugiet *Y*.—6/7 ad] *AE*^{24}*Y*^{3} in *Y*.—7 iterum] *AY*^{3} autem *Y om. E*^{4}; fugiet draco in occ. *Y*.—8 fiet] *AY* fiat *Y*^{3} euenit *E*^{2}; foris ab arbore uel umbra *Y*. — 10 pat. omnipotentem dicit *A*; dixit *Y*; autem in] *Y om. AE*^{2}*Y*^{3}; christum] *Y om. AE*^{2}*Y*^{3}. — 11 sanctus] *AE*^{2}*Y*^{3} domini *Y*; superueniet] *A* ueniet super *Y*^{3} aduenit *Y*; obumbrabit] *E*^{2}*Y*^{3} -auit *AY*. — 12 autem in] *Y om. AE*^{2}*Y*^{3}; dixit] *Y om. AE*^{2}*Y*^{3}. — 13 ne] + quando *Y*; acceperis] *AE*^{24}*Y*^{3} accip. *Y*; intell.] + columbam *Y*; descend.] *AE*^{2}*Y*^{3} uenientem *Y*; te] + uide *Y*. — 14 ne *YY*^{3} *om. AE*^{2}; deitate] *YY*^{3} eternitate *AE*^{2} + et *Y*; hoc est] *AE*^{2}*Y*^{3} *om. Y*. — 15 habeas] + caelestem *AY*^{3}; draco] + draco *Y*; adpropiare *AY*^{3}. — 16 *Y*.

XX. DE ELEPHANTO

Est animal qui dicitur elephans. [2]In eo non est concupiscentiae coitus. Aliud autem est tragelaphus. [3]Si autem uoluerit filios facere, uadit in orientem prope paradysum; [4]est autem ibi arbor que dicitur mandracora; [5]et uadit ibi cum femina sua, que prior accipit de arbore, et tradit uiro suo, et seducit eum, donec manducet. [6]Et cum manducauerit masculus, statim femina in utero concipiet. [7]Et si tempus aduenerit ut pariat, [8]exit in stagnum aque; et ipsa aqua uenit usque ad ubera eius (hoc est femine), et demittit partum suum (hoc est filium); [9]dimittit eum in aquis, et natat pullus quia natus est; [10]et uenit in femora eius, et de ubera matris sue nutrietur. [11]Elephans autem custodit eam parientem, propter serpentem, quia inimicus est serpens elephanto. [12]Si autem inuenerit serpentem, occidit eum et conculcat, donec moriatur.

[13]Hec est natura eius: si autem ceciderit, non potest surgere.

Quomodo cadit, cum in arborem se reclinat? [14]Non enim habet coniuncturas geniculorum ut obdormiat, si uellit; [15]uenator autem, qui eum uellit uenari, incidit arborem, modico minus, ubi reclinare consuescit; [16]ut dum uenerit et sese reclinauerit elephans, cadat arbor et animal cum eadem ipsa, et simul cadent. [17]Clamat autem elephans: statim inde exit magnus elephans, et non potest eum leuare; [18]iterum clamant ambo, et ueniunt alii duodecim elephanti, et non possunt nec ipsi leuare eum qui cecidit; [19]deinde clamitant iterum omnes, et statim uenit pusillus elephans, et mittit os suum promuscidem subtus illum magnum, et eleuat illum. [20]Habet autem pusillus elephans naturaliter, ut, ubi incensum fuerit de capillis eius uel de ossibus, neque draco neque aliquid malum ibi accidit.

[21]Magnus ergo elephans et mulier eius personam accipiunt Ade et Eue. [22]Cum autem essent in uirtute (hoc est placentes domino), ante suam preuaricationem, non sciebant coitum, neque intellectum mixtionis sue carnis habuerunt; [23]quando autem mulier manducauit de ligno (hoc est intellegibilem mandracoram), deinde dedit uiro suo, pregnans malorum facta est; propter quod exierunt de paradyso. [24]Quamdiu autem fuerunt in paradyso, non eam cognouit Adam: [25]hoc manifestum est, quia ita scriptum est: Et postquam eiecti sunt Adam et Eua de paradyso, [26]tunc cognouit Adam mulierem suam, et concipiens peperit Cain [*cf.* Gen. 4. 1] super uituperabiles aquas: [27]sicut Dauid dixit: Salua me, quoniam introierim aquae usque ad animam meam [Ps. 69. 1]. [28]Statim draco subuertit eos, et alienos eos fecit a uirtute (hoc est non placendo deo). [29]Et clamant uociferantes ad dominum, et uenit magnus elephans (hoc est lex), et non eum leuauit: quomodo nec sacerdos eum qui incidit in latrones [*cf.* Luc. 10. 30]. [30]Neque duodecim elephanti eleuauerunt eum (hoc est prophetarum chorus), quomodo nec leuites, qui a latronibus erat uulneratus; [31]sed sanctus intellegibilis elephans (hoc est dominus Ihesus Christus): [32]et cum omnium maior sit, omnium pusillus factus est: [33]Humiliauit *enim se*, factus obediens usque ad mortem [Phil. 2. 8], [34]ut hominem eleuaret, intellegibilis Samaritanus, qui inposuit nos super iumentum suum (hoc est super suum corpus): [35]Ipse (enim) tulit *infirmitates* nostras, et *inbecillitates* nostras *baiolauit* [Esai. 53. 4]. [36]Interpretatur autem hic Samaritanus hebreice custos; de quo dicit Dauid in psalmo CXIIII: Custodiens paruulos dominus [Ps. 113. 7]. [37]Ubi enim dominus meus

presens est, neque draco neque mali aliquid appropiare poterit. [38]Bene ergo Phisiologus de elephanto dixit.

Codd.: Y Y^3 — *A* E^2*(fol. 39*^{r}*)* E^4. *Fragm.: F(20.49).*

---

2 eo] *Y* quo AE^{24}; aliud ... trag-] *Y om.* $AE^{24}Y^3$. — 3 ad] E^4YY^3 in AE^2. — 4 dicitur] *Y* uocatur $AE^{24}Y^3$. — 5 ibi] *om.* AE^{24}; tradidit masculo AY^3 dat masculo E^{24}. — 6 et ... masc-] *Y om.* AE^2; concipit AE^{24}. — 7 cum tem- ut paruenerit *A* cum uero pariendi tem- uenerit E^{24}. — 8 exiit *Y*; aque] *om.* AE^{24}; ipsa uenit aqua *Y*. — 8/11 ad ubera matris elephans autem AE^{24}. — 11 parturientem AE^{24}; propter ser-] *om.* AE^{24}; draco inimicus est elephanti AE^{24}. — 12 eam *Y*. — 13 est] AE^{24} *om. Y*; quo- autem ceciderit quando in arb- *A* autem cum in E^{24}. — 14 ut dorm- si uelit *A om.* E^{24}. — 15 uult *A om.* E^2; modicum ut si uen- *A* modicum ut eleph- cum se incl- E^2 et incl- se *A*; ibi *Y*.— 16 animal] *Y* elifans *A*; cum eo cadens autem clamat AE^{24} *add.* flens *A* fortiter E^{24}. — 17 inde] *om.* AE^2; exiet *Y*. — 18 alii] *om.* AE^{24}; elephantes AE^{24}; possunt eum leuare AE^2. — 19 clamant omnes AE^2; ueniet *Y*; promus-] AE^2 *om. Y*. — 20 autem] *add.* et *Y*; elephans] *add.* hoc *A* hanc E^2; ut] *om.* AE^2; ossibus eius neque aliquid mali AE^2; accedit *Y*. — 21 ergo] *Y om.* AE^2; eua *Y*. — 22 uirtute] *Y* carne $AE^{24}Y^3$; suam] *Y* ipsorum AE^2; neque intelligentiam (*add.* peccati EE^4) habuerunt (habebant EE^{24}) AE^{24}. — 23 mandragoram AE^2; dedit] *add.* et *Y*; malorum] *Y om.* AE^2; quod] *add.* et *Y*. — 24 quamdiu] AE^{24} quando *Y*; cognouit eam AE^{24}. — 25 quia ... et] AE^2 de his que scriptum sunt quoniam *Y*; postquam ... tunc] *Y om.* AE^2. — 27 me fac deus quoniam intrauerunt aquae *A om.* E^2. — 28 et statim *A*; a uirtute] *Y* ab arce sua AE^4 ab are sua E^2 (*pro* carne*?*); deo] *Y* dominum *A* -no E^2. — 29 et ... dominum] *Y* tunc E^{24} *om. A*. — 30 elephantes AE^2; leuita AE^2; erat] *Y* fuerat *A*. — 31 sanctus] *Y om.* AE^2. — 33 usque *etc.*] Y^2 *fol. 178*^{r}. — 34 hoc ... corpus] YY^2 *om.* AE^{24}. — 35 baiolauit] YY^2 portauit AE^2. — 36 custus YY^2; CXIIII] YY^2 *om.* AE^2. — 37 enim] YY^2 autem E^2 *om. A add.* est E^2; opprop. *Y*. — 38 YY^2 *om.* AE^2; phisilogus *Y*.

XXI. DE DORCHON

Est animal in monte qui dicitur dorchon grece, caprea latine. [2]Amat satis excelsos montes, escam autem inuenit in humilia montium. [3]Et uidet de longe omnes qui ueniunt ad eam, [4]et cognoscit si cum dolo ueniant, uel cum amicitia.

[5]Habet autem caprea sapientiam dei: prophetas amat, hoc est montes excelsos, in quibus oculos suos leuauit propheta: Leuaui (inquid) oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi [Ps. 120. 1]. [6]Et Salomon in canticis canticorum dixit de dorchon (hoc est de caprea): Ecce *fratruelis meus* saliens *super montes*, transiliens supra colles [Cant. 2. 9]. [7]Hoc autem dorchon salit super prophetas, transiliens super colles (hoc est apostolos). [8]Acute autem uisionis

est dorchon, significans quoniam saluator uidet omnia que aguntur; [9]deus autem uocatur propter quod omnia uidet, et de longe, ad eum uenientes cum dolo; cognouit autem uenientem Iudam osculo eum tradentem [*cf.* Luc. 22. 48]; [10]et iterum scriptum est: Cognouit dominus qui sunt eius [II Tim. 2. 19]; [11]et Iohannes dixit: Ecce agnus dei, ecce qui *aufert peccata* mundi [Ioh. 1. 29].

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

3 longe] *add.* quoniam YY^2. — 4 si] *Y* sic Y^2. — 5 habet] *Y* haec Y^2; sap. dei] *edit. om. Y* ad Y^2. — 6 fratuelis *Y*. — 7 transili& Y^2. — 8 uidit Y^2. — 11 auferit Y^2.

XXII. DE ACHATE LAPIDE

Est lapis qui uocatur achates: artifices autem margaritas inquirentes per hunc lapidem achaten inueniunt; [2]alligant autem achaten lapidem funiculo firmissimo urinatores, et summittunt in mare; [3]et ueniens achates lapis usque ad margaritam, stat et non mouetur; [4]statim urinatores assequentes funiculum inueniunt margaritam.

Codd.: Y Y^2 — AY^3E^2H (3.57).

---

agate *semper* Y^2. — 1 *incip.* artif. enim *A*; qui] Y^2 que *Y*; autem] YY^2 enim qui *A*; inquirunt *A* quaerunt E^2H; hunc] YY^2 *om.* AE^2H; acaten *Y* agathen E^2H *add.* seu achaten *H*. — 2 autem] YY^2 enim *AH*; ad funiculum *AH*; fortissimum *A*. — 3 stat] *Y* fiat Y^2; stat ... mouetur] YY^2 *om.* AE^2HY^3.

XXIII. DE LAPIDE SOSTOROS ET MARGARITA

Quomodo autem nascitur margarita pronuntiabo: est lapis in mari qui uocatur sostoros; et uenit a mari matutino ante lucanum; [2]et aperit conchas (id est os suum), et degluttit celestem rorem, et radium solis et lune et que sursum sunt siderum; [3]et sic nascitur margarita de superioribus astris.

[4]Sic autem hic nunc achates lapis, ut Iohannes ipse enim ostendit nobis, intellegibilem margaritam Ihesum Christum dominum nostrum, [5]dicens: Ecce agnus dei, ecce qui *aufert peccata* mundi [Ioh. 1. 29]. [6]Mare autem de saeculo dixit, urinatores autem qui sursum ferunt margaritam chorum sanctorum doctorum; [7]peccatores autem deorsum ferunt eam, propter suam malitiam, quantum aduersus ipsos est; [8]medio autem conche uel duarum alarum (hoc est inuenitur intellegibiliter), et dominus meus saluator (hoc est in medio ueteris nouique testamenti) a superioribus habens escam. [9]Dixit

autem dominus meus quia: Regnum meum non est de *hoc mundo* [Ioh. 18. 36], sed a sempiterno patre et sanctarum eius uirtutum. [10]Bene ergo Phisiologus dixit de achate et margarita.

Codd.: Y Y^2 — *A* Y^3 E^2H (3.57).

---

tit. post pronuntiabo] *Y*; et] *add.* de Y^2.—1 adnunt. Y^2; in mari] YY^2 uel piscis E^2H; sostoros] Y^2sosturos *Y* poterus AE^2. — 2 concas YY^2 *om.* AE^2H; id est] YY^2 *om.* AE^2H; rorem] *A* roſ YY^2; lune et] YY^2 *om.* AE^2H. — 3 superibus *Y*.— 4 hic] YY^2 *om.* AE^2H; ut] YY^2 *om.* AE^2H; intellegebilem *Y*. — 5 dei ecce] *AH* dei YY^2; aufert] *Y* -it Y^2 tollit *AH*; peccatum *Y*. — 6 de s. dixit] YY^2 praesens saeculum *H add.* designat *H* dixerim *A*; autem] YY^2 illorum *H*; qui sursum] *Y* deorsum Y^2.—7 suam] YY^2 eorum *A*; ipsius *A*.—8 conce YY^2 cone *A*; hoc est] YY^2 in his *A*; intell. ... dominus] YY^2; nouique] *Y* -que noui Y^2 et noui *A add.* quae *Y*; habens] AY^2 habet *Y*. — 9 autem] YY^2 enim *A*; meus] YY^2 *om.* *A*; de] *AY* in Y^2; isto saeculo *A*; et sanct. ... marg.] YY^2 *om.* *A*.

XXIV. DE LAPIDE ADAMANTINO

Est altera natura adamantini lapidis: neque ferrum timet, nec odorem fumi recipit; [2]si autem inuentus fuerit in domo, neque demonium ibi appropiat, neque aliquid mali; [3]in domibus regum inuenitur. [4]Qui autem tenuerit eum, uincit omnem hominem et bestiam.

[5]Lapis adamantinus est dominus meus: [6]si habueris eum, nihil tibi mali occurrit.

Codd.: YY^2 — *AY*^{3}.

---

1 est alia n. adamantino lapides Y^2 adamans lapis est qui nec *A*; nec ... domo] AY^3 *om.* YY^2; accipit Y^3. — 2 aliquod malum *A*. — 3 domibus] *add.* enim *A*. — 4 uincet *A*. — 5 lapis] *A om.* YY^{23}; adamans Y^3; meus] Iesus Christus *A*. — 6 si] *add.* quis eum *A*; habuerit AY^2; mali eis eueniet *A*.

XXV. DE ALIA NATURA ONAGRI ET SIMII

Est alia natura onagri (dixit sapiens) quoniam in regalibus domibus inuenitur: [2]in quinta et uigesima Famenoth mensis cognoscunt ab onagro quoniam equitas dierum fit: [3]si autem clamauerit duodecies, cognoscit rex et palatium quoniam equitas diei fiet (ysemaria dixit grece). [4]Et simius, si septies mingat, ysemeria fit.

[5]Onager est diabulus, quoniam nox (hoc est populus ex gentibus) aequalis factus est diei: [6]credentium prophetarum, clamauit onager (diabulus). [7]Et simius, hoc ipsam diabuli personam accepit: habuit

autem initium, finem autem non habet (hoc est caudam); [8]in principio autem fuit unus ex archangelis, finis autem eius nec inuenitur. [9]Beneque simius, non habens caudam, sine specie enim est; et turpe infimio, non habentem caudam; [10]sicut et diabulus, non habet finem bonum. [11]Bene ergo Phisiologus dixit.

Codd.: Y Y^2. *Trans. alt.: B* Y^3.

---

simi *Y*. — 2 uicensima *Y* uincensima Y^2; famenoht *Y*. — 4 si] *Y om.* Y^2. — 9 turbe in simio Y^2.

XXVI. DE LAPIDE INDICO

Est lapis qui uocatur sindicus, hanc habens naturam: [2]si homo aliquis ydropicus fuerit, artifices medicorum inquirunt lapidem. [3]Si autem inuenerint eum, alligant ydropico horis tribus, et exiet ab eo omnis feditas, conbibens in seipsum lapis; [4]et cum soluerint eundem lapidem ydropico, expendunt lapidem cum homine; [5]et modicus lapis adducit corpus hominis in statera, hoc est in pondere. [6]Si autem dimittatur lapis in sole horis tribus, fedissimam aquam quam tulit de corpore ydropici effundit foras, et fit lapis mundus iterum sicut erat.

[7]Lapis est dominus noster Ihesus Christus. [8]Quoniam ydropici fuimus, habentes aquas diabuli in corde, descendens ligatus est lapis saluatoris, circa cor nostrum caritas eius; [9]surgens autem a mortuis, omnem intellegibilem infirmitatem anime nostre sustulit: [10]Et infirmitates nostras ipse baiulauit [Matt. 8. 17].

Codd.: Y Y^2 — *A* Y^3.

---

de lapide indico] *edit.* de lap- senditicos *Y* de l- senditichos Y^2. — 1 est ... uocatur] *YY*^{2} lapis *A*; sindicus] *A* senditichos *Y* -dit- Y^2; habet *AY*^{3}. — 2 fuerit art-] *YY*^{2} *om. AY*^{3}; medicorum] *add.* est ut *AY*^{3}; inquirant *A*. — 3 feditas] *add.* atque *YY*^{2}. — 4 lapidem] *add.* ab Y^2; expendent *Y* suspendunt *AY*^{3} *add.* appendentes *YY*^{2}. — 5 et modicus lapis] *A* modus lapidis *YY*^{2}. — 6 dimittitur *A*; solis *Y*; fetidissimam *A*; tollit *AY*^{3}; effund& Y^2 *add.* eam Y^2 autem *Y*; foris ut sit *A*. — 8 quoniam] *add.* autem *Y*; fumus *Y*; eius] *add.* et *Y*. — 9 a] *A* ex *YY*^{2}.

XXVII. DE HERODION ID EST FULICE

Est uolatile qui uocatur herodius, de quo memoratus est Dauid, dicens: Herodion domus dux est eorum [Ps. 103. 17] (hoc est fulice, in psalmo CIII). [2]Est autem hoc animal satis prudens pre omnibus

uolatilibus; [3]non multos cubiles querens, sed ubi moratur, ibi et pascit, et reuertitur ibi et dormit; [4]neque morticina manducat, neque uolat in multis locis: cubile eius et esca in uno loco sunt.

[5]O et tu, homo poliuomene, una tibi sit nutrix et sempiterna ecclesia catholica, [6]ut spiritalis esca et celestis panis digestibilis fiat in te: [7]noli querere multa loca aliene glorie (hoc est hereticorum).

Codd.: YY^2 — *AY*^{3}.

---

1 est ... herodius] *A om. YY*^{2}; herozion domus preest eis *YY*^{2}; de quo ... dauid] *YY*^{2} *om. A*; fulicae domus *AY*^{3}; eorum] *A* eis *YY*^{2}; hoc ... CIII] *YY*^{2} *om. A*. — 2 autem] *add.* autem *Y*; hoc animal] *YY*^{2} uolatile *AY*^{3}; omnibus] *AY*^{3} multis *YY*^{2}. — 3 non multa copia *A*; moratur ubi et dormit *AY*^{3}. — 4 locis] *AY om. Y*^{2}; uno boca *Y*^{2}. — 5 o] *YY*^{2} ita *A*; poliu.] *Y*^{2} (*Y*) beneuole *Y om. A*. — 6 panis] *add.* uitae *A*; in te] tibi *A*. — 7 quere se *Y*; quaerere alienam gloriam per multa loca hoc est per multa hereticorum *A*; loco *Y*.

XXVIII. DE PSYCOMORA

Amos dixit: Non sum propheta *neque* filius prophete, sed pastor *caprarius* uellicans sycamina [Am. 7. 14]: pastor caprarum, et hyrcos pascit. [2]Bene Amos personam accepit Christi saluatoris. [3]Quod autem dicitur sicamina uellicans: intellegibile est uerbum et spiritale est; [4]Zacheus autem ascendit in sycomora [*cf.* Luc. 19. 4]. [5]Quod autem dixit psycamina uellicans, uel et cauans sanctis: quoniam priusquam scauatus sycaminas. [6]Sunt intra ipsum conopes, hoc est intra eum in tenebris habitantes, lumen non uidentes, [7]in seipsos dicentes: In magna regione habitamus, in tenebris autem sunt sedentes [*cf.* Matt. 4. 16]. [8]Cum autem aperietur sycaminus ferro, et exierint inde, uident lucorem solis fulgentis, et lune et siderum, [9]et dicent: Nos in tenebris fuimus sedentes in umbra [*cf.* Esai. 9. 2, Matt. 4. 16] — [10]de his et Esaias dicens: Ut educat de *uinculis* uinctos, et de domo carceris *habitantes* in tenebris [Esai. 42. 7], [11]uellicans primo die, tertio autem die parabitur fructus maturus, et esca fiet hominum.

[12]Compuncta est costa saluatoris mei, hoc est aperta est in lancea et ferro; et exiit sanguis et aqua. [13]Tertia autem die surgens a mortuis, uidimus intellegibilia luminaria et spiritalia: [14]sicut et scyniphas (hoc est culices), aperientes psycamina, uiderunt luminaria inmortalia. [15]Hedi personam accipiunt penitendum: etenim capilli eorum in sacco uertuntur, et: In cinerem penitentiam agunt

in eis [Matt. 11. 21, Luc. 10. 13]. [16]Populus qui sedebat in tenebris lumen uidit magnum, et qui erant in umbra mortis lux orta est eis [Matt. 4. 16, Esai. 9. 2]. [17]Adaperto autem psycamino, tertio autem die esca fiet: [18]percussus autem dominus noster, et tertia die resurgens ex mortuis, esca et uita omnium nostrorum factus est.

Codd.: Y^2 Y(§§1–11).

---

1 pastor cap- et hyrcos] *Y om.* Y^2. — 4 est zacheis Y^2. — 6 intra] Y^2 in terra *Y*. — 8 uideř luxorem Y^2. — 9 tenebre fugimus Y^2. — 10 esaias] *add.* ceemit *Y* cecunt Y^2; uinctas Y^2. — 11 maturus / 29.4 animal] *deest fol. Y*. — 12 compucta Y^2.

XXIX. DE PANTHERE

Propheta dicit: Factus sum *sicut leo domui* Iuda, et sicut *panthera* domui Effraim [Os. 5. 14]. [2]Panther hanc naturam habet: omnium animalium amicus est, inimicus autem draconi; omnimodo uarius est sicut tunica Ioseph [*cf.* Gen. 37. 3], et speciosus. [3]Etenim dixit Dauid in XLIIII psalmo: Adstitit regina a dextris tuis in uestimento deaurato operta uarietate [Ps. 44. 10]. [4]Panther quietum animal est, et mitissimum nimis. Si autem manducauerit, et satiatus fuerit, ilico dormit in fouea, et tertio die surgit a somno (sic et saluator noster). [5]Panther autem, si surrexerit de somno tertio die, exclamat uoce magna, et de uoce eius omnis odor bonus aromatum; [6]et qui longe sunt et qui prope, audientes eius uocem, assequuntur bonum odorem uocis eius.

[7]Dominus noster et saluator surgens a mortuis omnibus bonus odor factus est nobis [*cf.* II Cor. 2. 15], his qui longe et qui prope, pax [*cf.* Eph. 2. 17]; [8]sicut apostolus Paulus dixit: Multifarie sapientie dei [*cf.* Eph. 3. 10], hoc est uirginitas, abstinentia, misericordia, fides, caritas, unianimitas, pax, gaudium, longanimitas [*cf.* Gal. 5. 22]. [9]Omni amore uaria est celestis sapientia dei Christi; bene de panthere dictum est, quoniam inimicus est draconi in aqua. [10]Nihil ergo sine intentione intellectus de uolatilibus et animalibus diuine scripturae dixerunt; [11]quoniam ait apostulus de satanan: Non enim eius *uersutias* ignoramus [II Cor. 2. 11], ambulat omni uia non bona [*cf.* Hier. 1. 23, 6. 16].

Codd.: Y Y^2 — *A* Y^3.

---

de leone et pantera Y^2. — 1/4 propheta ... animal] *om. Y*. — 1 dixit Y^2. — 3 dicit *A*; dauid ... psalmo] *A om.* Y^{23}; uestiu *A* Y^3; saturatus *Y* Y^3. — 4 surrexit

a som- *A*; tertia Y^{23}. — [5]uocem *Y*; et de uoce eius] AY^3 *om.* YY^2. — 5 panter *Y*. — 6 et qui longe] *A* qui longe YY^{23}; uocis eius] YY^2 *om.* AY^3. — 8 abstinentia ... longan-] YY^2 *om.* AY^3; unianimitas] Y^2 humanitas *Y*. — 9 sapientiae *Y*; pantera Y^2 pantere *Y*. — 11 ambulat] *add.* enim Y^2.

XXX. DE CETO ID EST ASPIDOCELEON

Phisiologus autem dixit de ceto quoddam, [2]quod est in mari, nomine aspidoceleon uocatur, magnum nimis, simile insule, [3]et plus quam harena grauis, figuram habens diabuli. [4]Ignorantes autem naute, alligant ad eum naues sicut ad insulam, et anchoras et palos nauis configunt in eo; [5]et accendunt super eum ignem ad coquendum sibi aliquid; [6]si autem excaluerit cetus, urinat, descendens in profundum, et demergit omnes naues. — [7]Sic et tu, o homo, si suspendas te et aligas teipsum in spe diabuli, demergit te secum simul in gehennam ignis.

[8]Aliut naturale habet cetus: si autem esurierit, multum adaperit os suum, et omnis odor bonus per os eius procedit; [9]odorantes autem pusilli pisciculi, secuntur eius odorem, et conponant se in ore magni ceti illius; [10]cum autem impletum fuerit os eius, concludit os suum, et gluttit pusillos omnes illos pisciculos, hoc est modicos in fide. — [11]Maiores autem et perfectos pisces non inuenimus adpropiare ad cetum: consummati enim sunt perfecti; etenim Paulus apostolus dixit: Non enim eius *uersutias* ignoramus [II Cor. 2. 11]. [12]Iob perfectissimus piscis est, Moises et reliqui alii prophete; Ioseph effugiit cetum magnum, principis cocorum mulierem, sicut in Genesis scriptum est [*cf.* Gen. 39]; [13]sicut et Thecla Thamyridum, sicut Susanna duos senes Babylonicos iniquos; Hester et Iudit effugerunt Artaxersen et Olofernem; tres pueri Nabuchodonosor regem, magnum cetum; et Sarra filia Raguelis Nasmodeum (sicut in Tobia). Bene ergo Phisiologus dixit de aspidoceleon ceto magno.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

3 graui *Y*; figura Y^2. — 4 palos nauium Y^3. — 6 nauis Y^2. — 7 aliges Y^2. — 8 natura *Y*. — 9 pusillis Y^2; eius secu. Y^2. — 12 principes Y^2; effugit Y^2. — 13 tecla *Y*; thamyrido YY^2; nabuchodosor *Y*.

XXXI. DE PERDICE

Hieremias dixit de perdice quoniam: Clamauit perdix, colligens que non peperit [Hier. 17. 11]. [2]Perdix aliena oua calefacit laborans

et nutriens; [3]si autem creuerint pulli, et uolare coeperint, [4]unumquemque genus euolans fugit ad parentes proprios, et solam eam dimittunt.

[5]Sic et diabulus capit genus paruulorum; [6]cum autem uenerint in mensuram aetatis, ueniunt ad Christum et ad ecclesiam, [7]et fiet ille insipiens; [8]hodie, si quis est in malis moribus, crastinum fiet ut sit sobrius; [9]et fugisti diabulum, hoc est perdicem, et uenies ad parentes tuos iustos et prophetas et apostolos.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 colligit quod Y^3. — 4 parentes] + suos Y^3. — 5 sicut et *Y*. — 6 uenerunt *Y*. — 8 fiet] Y^2 fiat *Y*. — 9 apostulos Y^2 + bene de perdice saluator Y^3.

XXXII. DE UULTURE

Phisiologus dixit de uulture quoniam in excelsis et in altis inuenietur locis; [2]et dormit in excelsis petris et in pinnis templorum. [3]Si autem pregnans fiat, uadit in Indiam, et accipit eutocium lapidem: lapis autem est sicut nix similis magnitudine; [4]si autem uolueris eum agitare, uel alius capis interius eius mouetur, sicut tintinabulum, cum motus fuerit. [5]Si, autem, conprehenderit partus uulturem ut pariat, sedit super lapidem hunc eutocium (qui dicitur), et parit sine dolore.

[6]Et tu, homo, si pregnans anima tua fuerit facta, et malis meroribus aduersarii diabuli, accipe intellegibilem lapidem interiorem eutocium. [7]Exterior autem eius est theothocos; [8]Maria autem habuit interius spiritalem lapidem saluatorem nostrum: [9]Lapidem enim quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in capud anguli [Ps. 117. 22]; et: *Percisus* est lapis de monte sine manibus natus [Dan. 2. 34], [10]et inuolutus propter ueteres errores nostros in spem bonam. [11]Sed et crucifixus est propter redemptionem peccatorum nostrorum: tunc emundatur ab anima tua moechie, fornicationes, ebrietates, et cetera, et tunc celesti sermonem cyroforis; [12]hoc est quod dixit Esaias: A timore tuo, domine, concepimus, et *peperimus* spiritum salutis tue quem fecisti *super* terram [Esai. 26. 18]. [13]Etenim ueterem testamentum habuit in ministerio saluatorem; [14]absconsus est enim saluator pseudo Hebreis, nobis ergo apparuit. [15]Bene ergo de uulture et lapide dictum est.

[16]In quo lapide Dauid occidit Golia; [17]in duobus lapidibus susti-

nentes Aaron, et hur manus Moysi, et fugaret Amalech. [18]Uultur non unam habitationem neque cubilem habet; [19]et nos ueterem idolatriam (hoc est idolorum culturam et multorum deorum sequebamur) cubile non habentes, [20]fidem in ecclesia unde et celestis paterna gratia apparuit; [21]et tunc saluati sumus per Christum Ihesum.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

3 accepit Y^2; eutocium] *edit.* eusthochium *Y* eustochium Y^2. — 4 motūs *Y*. — 5 eustocium *Y* Y^2; que Y^2. — 6 eutocium] *edit.* eusthocium *Y* eustochium Y^2. — 7 est eius Y^2; theosthocus *Y*. — 11 redemptione *Y*; aebri. *Y*; tunc] Y^2 cum *Y*; sermone *Y*. — 13 uetere *Y*. — 19 deorum] *Y om.* Y^2; sequebantur Y^2. — 21 salutati Y^2.

XXXIII. DE MIRMICOLEON

In Iob Elefas Temaneorum rex dixit de mirmicoleon: Periit eo quod non habeat escam [Hiob 4. 11]. [2]Pater autem eius habet uultum leonis, et comedit carnes; [3]mater uero uultum formice, legumina manducat. [4]Si autem peperit mirmicoleonta, perit eum, duas naturas habentem: uultum leonis, anteriora et posteriora formicae; non potest manducare carnes propter naturam matris, neque legumina propter naturam patris; [5]in perdito ergo uadit, propter quod non habeat escam.

[6]Sic est ergo et omnis: Uir duplex *corde, indispositus* in omnibus uiis suis [Iac. 1. 8]. [7]Non oportet ergo gradere duabus uiis, uecorde, duplici, et manibus resolutis, et peccatori ingredienti duabus uiis; [8]sicut in sapientia scriptum est: Sit *apud uos* est, est, non, non [Matt. 5. 37].

Codd.: Y Y^2.

---

de myr. Y^2 de mirmice *Y*. — 1 escam] *edit. om.* *YY*^{2}. — 2 carnis Y^2. — 4 perit] *Y* caparit Y^2. — 7 uiis suae corde Y^2. — 8 aput *Y*.

XXXIV. DE MUSTELA

Lex dicit: Non manducabis mustelam, neque ei similem [Leu. 11. 27, 29]. [2]Mustela hanc naturam habet: semen masculi in os accipit, et, pregnans facta, auribus pariet. [3]Si autem per aurem dexteram contigerit ut generit, masculus erit; [4]si uero per sinistram, femina. [5]Mala ergo ex auribus generantur.

[6]Sunt ergo et nunc manducantes spiritalem et celestem panem in

ecclesia; [7]cum autem dimissi fuerint, proiciunt uerbum ex auditibus suis, et fiunt ut dicitur in psalmo LVII: [8]Sicut aspidis surde et obturantis aures suas, que non exaudiet uocem incantantis, et uenefici que incantantur a sapiente [Ps. 57. 6].

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 similis *Y*. — 2 accepit *Y*. — 3 generet *Y*. — 7 LVIII *Y*. — 8 surdo et obdurantes *Y*; exaudiunt Y^3; incantantium Y^2; ueneficiis incantantis sapienter Y^2.

XXXV. DE MONOCERATON

Moyses de monoceraton in Deuteronomio dixit, benedicens Ioseph: *Primitiuus* tauri *species* eius, cornua unicornui cornua eius [Deut. 33. 17]. [2]Monoceras, hoc est unicornis, hanc naturam habet: pusillum animal est, hedo similis, acerrimum nimis, unum cornum habet in medio capite. [3]Non potest ei uenator appropiare, propter quod ualde fortissimum est. [4]Quomodo ergo eum uenantur? uirginem castam proiciunt ante eum; [5]exilit in sinum uirginis, et illa calefacit eum, et nutrit illud animal; [6]et tollit in palatium regum.

[7]Unum cornum autem habet, propter quod dixit saluator: Ego et pater unum sumus [Ioh. 10. 30]. [8]Suscitauit enim nobis cornu salutis, in domo Dauid pueri sui [Luc. 1. 69]; [9]ueniens de caelo, uenit in utero uirginis Mariae: [10]Dilectus sicut filius unicorniorum [Ps. 21. 23], sicut Dauid in psalmo.

Codd.: Y Y^2. Trans. alt.: B Y^3.

---

2 animalem Y^2; cornu *Y*. — 3 adpropinquare Y^2. — 7 autem habet / *36.12* demus] *deest fol. Y*. — 10 unicornuorum Y^2.

XXXVI. DE CASTORE

Est animal quod dicitur castor, innocentissimum ualde et quietum. [2]Uirilia autem eius in medicinam proficiunt; [3]inuenitur in palatium regis. [4]Uenator autem currens, ut eum consequatur in montibus, [5]castor autem uidens uenatorem persequentem, se ore suo incidit uirilia sua, et dat uenatori proiciens. [6]Si autem alius uenator eum persecutus postea fuerit, proicit se supinum, et ostendit se uenatori; [7]et uenator uidens se non habere uirilia, discedit ab eo.

[8]O et tu, qui uiriliter agis, politeuta dei, si dederis uenatori que ei

sunt, amplius non accedit ad te; [9]hoc est si habueris concupiscentiam malam, cupiditatem, moechiam, furtum, excide haec a te, et da diabulo. [10]Dixit ergo et apostolus: Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui honorem honorem, et cetera [Rom. 13. 7]. [11]Prius turpitudines peccatorum, que in nobis sunt, proiciamus diabulo, hoc est opera eius; [12]et sic demus deo queque dei sunt, uota orationis, fructum bonorum operum nostrorum.

Codd.: Y^2. Fragm.: Y. Trans. alt.: B Y^3.

5 persequente Y^2. — 6 subinum Y^2. — 8 accendit Y^2. — 10 cui tributu tr. cui honore hon. Y^2. — 12 deo ... nostrorum] YY^2; orationes *Y*.

XXXVII. DE YENA HOC EST BELUA

Lex dixit: Non manducabis beluam neque similem ei [*cf.* Deut. 14. 8, Leu. 11. 27]. [2]Est arenotelicon, hoc est masculo-femina; aliquando autem masculus fiet, aliquando uero femina: inmundum tamen est animal propter quod duas naturas habet; [3]et ideo et Hieremias dixit: Numquid *spelunca beluae* hereditas mea mihi [Hier. 12. 9].

[4]Sic et omnis uir duplex animo belue comparatur: ad signum colligentis ergo aliquam masculorum habent exinde, hoc est animum; [5]cum autem dimissa fuerit collecta, muliebrem naturam accipiunt. [6]Bene dixit Phisiologus.

Codd.: Y Y^2.

ei] *Y* eius Y^2. — 2 arenotelicon] *edit.* corsnotelicon Y^2 arsnotelicon *Y*; mascel fi& Y^2. — 3 spelunca] *add.* ac Y^2.

XXXVIII. DE NILUO

Est animal quod dicitur niluus, hoc est in flumine, figuram habens canis. [2]Inimicus autem est corcodrilli; [3]si autem uiderit corcodrillum dormientem, et apertum os eius, uadit niluus et unguit se totum luto; [4]et cum persicauerit lutum, insilit in ore corcodrilli, [5]et omnia intestina eius et uiscera eicit.

[6]Sic est inintellegibilis infernus, rapiens omnem animam et mortificans: [7]celestis autem noster saluator, accipiens terrenum corpus, descendit in infernum, [8]donec raperet educens eos qui antea mortui

erant, secundum sanctas promissiones, [9]et ut solueretur fortitudo et aculeus mortis.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

2 est autem Y^2. — 3 inunguit Y^3 unguet Y^2; totum] *add.* os eius Y^3; luta Y^2. — 5 intestina] YY^3 testimonia Y^2. — 6 est] *add.* autem Y^2. — 7 discendit YY^2. — 8 antea] *Y* ante Y^3 a meta Y^2; promissionis Y^2 *om.* Y^3.

XXXIX. DE ECHINEMON

Est animal quod dicitur echinemon, inimicum autem draconi. [2]Si autem inuenerit draconem, uadit contra eum et unguit se luto, [3]et cooperiet nares suas de cauda sua, celans et inflans se, et sic astat contra draconem, donec eum interimat.

[4]Sic et saluator noster, accipiens ex terreni corporis substantiam, hoc est corpus quod accepit ex Maria, [5]stetit donec occideret intellegibilem draconem Pharaonem, [6]qui sedet super flumina Egypti, hoc est diabulum.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 echnemon *Y om.* Y^3; inimicum] *add.* est Y^2. — 2 inunguit Y^2; lutum Y^2. — 3 interimet Y^2. — 4 externi Y^3 exterren Y^2; substantia *Y*. — 5 occiderit *Y* necauerit Y^3. — 6 flumen Y^3.

XL. DE CORNICOLA

Hieremias propheta testatur quoniam: Sedisti sicut cornicola deserta [*cf.* Hier. 3. 2]. [2]Phisiologus pronuntiauit quoniam unius uiri est; et si uir eius moriatur, non fit alio uiro, neque corpus uiri alie mulieri commiscetur.

[3]Sic ergo nunc deserta cornix sinagoga Iudeorum terrestris Hierusalem, que occidit uirum suum celestem, propter quod deserta est, non habens uirum Christum. [4]Dixit enim apostolus de his qui ex gentibus crediderunt: *Statui* enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo [II Cor. 11. 2]. [5]Habemus ergo nos uirum diuinum sermonem in animis nostris, ut non appropinquet alienus, et inueniamur spelunca latronum.

Codd.: Y Y^2.

---

1 hieremie prophete Y^2. — 2 moriat *Y*; commissetur *Y*. — 3 conix *Y*. — 4 statuit Y^2.

XLI. DE TURTURE

Dixit Salomon: Uox turturis audita est in terra nostra [Cant. 2. 12]. [2]Turtur sedet in desertis, hoc est in solitudinibus secedens; [3]non amat in medio multorum esse.

[4]Et saluator noster demorabatur in monte Oliueti (dixit enim); [5]assumens Ihesus Petrum, Iacobum, et Iohannem, ascendit in montem [*cf.* Marc. 3. 13]. [6]Turtur secedere in silentio amat: sic et generosi christofori eligunt in secreto habitare; [7]christofori dicuntur Christum induti, qui imitantur turturem dominum nostrum Christum.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

4 oliueti] *add. Matt. 3.17 d.* — 4/7 dixit enim ... dicuntur Christum] *YY*^{2} et omnis in solitudine sicut turtur etenim qui Y^3. — 7 turture *Y*.

XLII. DE HYRUNDINE

Ezechias rex dixit in Esaia propheta: Sicut *hyrundo, ita* clamabo, et sicut columba, sic meditabor [Esai. 38. 14, *cf.* 59. 11]. [2]Et in Hieremia dicitur: Turtur et hyrundo et cyconia custodierunt tempus *introitus* sui [Hier. 8. 7]. [3]De hyrundine locutus est Phisiologus quoniam semel generat, et iam non.

[4]Et saluator meus natus est semel in utero; [5]baiulatus est semel, crucifixus est semel, et surrexit a mortuis semel: Unus deus, una fides, unum baptisma [Eph. 4. 5].

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

2 introtus *Y*. — 5 et surr.] *Y* resurrexit Y^2.

XLIII. DE CERUO

In psalmo XLI dicit: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, deus [Ps. 41. 2]. [2]Ceruus inimicus est draconi; draco autem fugit a ceruo in fissuras terre; et uadens ceruus, et ebibens, implet nasa sua fontem aque, et euomit in fissuram terre, [3]et educit draconem, et conculcauit eum, et occidit eum.

[4]Sic et dominus noster interfecit draconem magnum diabulum ex celestibus aquis, [5]quibus habebat sapientie inenarrabilis; non enim potest draco baiulare aquam, neque diabulus sermones celestes. [6]Si

enim et tu habueris intellegibiles dracones absconsos in corde tuo, inuoca Christum ab euangeliis per orationes, et ipse occidet eum: [7]Tu es enim templum dei, et spiritus dei *habitauit in te* [I Cor. 3. 16]. [8]Capilli autem cerui, ubi apparuerint in domo, uel de ossibus incenderis, numquam draconem inuenies: [9]uestigium dei et timor Christi si inueniantur in corde tuo, nullus spiritus inmundus introibit tibi.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 dixit *Y*. — 2 fisuras *Y*; fisuram *Y*. — 4 noster] Y^2 meus *Y*. — 9 inueniuntur *Y*.

XLIV. DE RANA

Est rana que dicitur cerseus, hoc est desiccano. [2]Cersea rana per estatem estus non curat; si autem comprehenderit eam pluuia, morietur; [3]alie autem rane aquatice que inter aquas sunt, si uiderint radios solis et calefacte fuerint, baptizant se in fonte.

[4]Hoc est generosi abstinentes, desiccano sunt. [5]Non pertinet eis de quibus patienter in abstinentiis laborantes; si autem pluuia eos comprehendat, moriuntur (hoc est seculi cupiditates); [6]aquatice autem rane in eis, que non sufferunt abstinentiam. [7]Et si ad diem abstinuerint, non baiulantes radium solis intellegibilis, inmittunt se iterum in ea ipsa priora desideria.

Codd.: Y Y^2.

---

1 cerseus] *edit.* censeus YY^2. — 2 pluuiam Y^2. — 3 radius *Y* radium Y^2. — 5 comprehendit Y^2; cupitates *Y*.

XLV. DE SAURA ID EST SALAMANDRA

Est mirabile hoc in Danihelo de tribus fratribus: in camino ignis missi sunt, ut et hymnum dicerent deo [*cf.* Dan. 3]. [2]Uere non mirum iusti enim fuerunt; [3]et si mortuos suos suscitauerunt, neque magnum iustos montes transferri in mare [*cf.* I. Cor. 13. 2]. [4]Phisiologus dixit de saura que dicitur salamandra, quoniam si introiuit in camino ignis uel fornace balnearum, omnis ignis extinguitur; talem naturam habet. [5]Quanto melius, qui secundum iustitiam *extinguerunt uirtutem* ignis, obturauerunt ora leonum [Heb. 11. 33].

Codd.: Y Y^2.

---

de alia id est salamandra YY^2. — 3 suscitatae sunt Y^2. — 5 obdurauerunt Y^2.

XLVI. DE LAPIDE MAGNITEN

Est lapis qui dicitur magnis, suspendit ferrum, si adheserit ferro, hoc est si apponatur ferro. [2]Si ergo creatura hec facit, quanto melius creator omnium et factor suspendit celum a terra, et extendit celum sicut pellem.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 magnus *Y*; adherens ei si ergo Y^3. — 2 hec creatura *Y*; quantum Y^3; suspendit ... ext. celum] *om.* Y^3.

XLVII. DE LAPIDE ADAMANTINO

Est lapis adamantinus, in orientis partibus inuenietur, [2]non in diebus solis fulgens, sed in noctibus inuenitur; [3]adamantinus dicitur quia omnia domat, ipsum enim nemo potest domare.

[4]Dominus meus et saluator omnes iudicat, et non iudicatur ab aliquo. [5]Et in Amos propheta dicit: Et uidi lapidem adamantinum [Am. 7. 7]. [6]Et tu, si inuentus fueris in orientis partibus, maxime si uocatus fueris iustus, inreprehensibilis et pius, sicut Iob [*cf.* Hiob 1. 1], innocens, et cetera, a solis ortu.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 inuenitur Y^2. — 2 non in die tamen Y^3; inuenitur adamantinus] Y^3 *om.* YY^2. — 3 enim] YY^2 autem Y^3; nemo] YY^3 non Y^2. — 4 sic et salu. noster omnis iud. Y^3. — 5 dicit] *add.* de illi Y^3.

XLVIII. DE COLUMBIS

Iohannes euangelista dicit: Uidi celum apertum, et spiritum dei sicut columbam uenientem super eum [Matt. 3. 16, Marc. 1. 10, Ioh. 1. 32]. [2]De multis columbis locutus est Phisiologus; sunt pegmatistes columbe; [3]multa enim sunt genera columbarum, et multis coloribus et uariis; est niger, cinericius, auri speciem habens, mellicus (hoc est fuscus), icotus, albus, rufus; [4]si autem omnes columbas mittat ad pegmatistes neminem inducet, solus rufus inducet omnes et placat.

[5]Sic sanguis saluatoris mei induxit omnes in uitam eternam: [6]non Moyses, quia legem dedit, non Esaias, non quisque prophetarum, sed ipse ueniens dei filius dominus Ihesus Christus saluauit nos suo sanguine sancto. [7]Hoc ipsum extra ab fornicaria: propter coc-

cinum signum saluata est anima eius: Maria sortita accepit coccinum purpuram [*cf.* Apoc. 17. 4]. [8]Et in canticis canticorum dixit: *Uestis* coccinea labia tua, et *loquella tua speciosa* [Cant. 4. 3]. [9]Et in Matheo: *Clamidem coccineam induerunt* eum [Ioh. 19. 2].

Codd.: Y Y^2.

---

2 permatice YY^2. — 3 mellinus Y^2; icotus] *Y* totus Y^2; rufus] *add.* in *Y*. — 4 pegmanites *Y* pecmanites Y^2; plagat *Y*. — 5 mei] *Y* nostri Y^2. — 8 restis YY^2.

XLIX. DE SAURA ELIACE HOC EST ANGUILLA SOLIS

Est qui uocatur saura eliace, hoc est anguilla solis. [2]Cum senuerit, impeditur duobus oculis suis, et excecatur, non uidens solis lumen. [3]Quid faciet? ex bona sua natura inquirit parietem respicientem ad orientem, [4]et intrat in fissuram parietis, uidens ad orientem, et oriente sole aperientur ei oculi, et noua efficitur.

[5]Sic et tu, o homo, si ergo ueteris hominis indumentum habes [Col. 3. 9, Eph. 4. 22], uide ne quando oculi cordis tui impediti fuerint, [6]requiras intellegibilem orientem solem dominum Iesum Christum, cuius nomen uocatur oriens [*cf.* Zach. 3. 8, 6. 12, Luc. 1. 78] in propheta Hieremia. [7]Et ipse est sol iustitie, sicut apostolus dicit [*cf.* Mal. 4. 2]; et aperiet tibi intellegibiles oculos cordis tui, et nouum per ueteris fiet tibi uestimentum.

Codd.: Y Y^2 Y^3.

---

1 *inc.:* qui uocatur nouella cum sen. Y^3. — 3 facit Y^3; ex] Y^{23}; naturam *Y*. — 5 tu homo si uet. Y^3; habens Y^2 habis Y^3; cordis] *om.* Y^3. — 6 requiras] *edit.* nequirat (*?*) Y^3 quante YY^2; intell.] *add.* faciunt YY^2; oriente sole YY^2; solum Y^3; dominum] *add.* nostrum Y^3; hieremie *Y*. — 6–7 oriens ipse adaperiet oculos Y^3. — 7 ueteris] Y^{23} ueteri *Y*; fiet] YY^2 dabit Y^3. — *expl.:* expet liber crisostomi de naturis animalium *Y* explicit de natura bestiarum sancti iohannis constantinobolitane untistinie liber conscriptus deo gratias amen (*add.* de pigmentis nardi spicatae) Y^2.